



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 45. Sessio I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

nonnisi tres Episcopi aderant, nimirum I-<sup>Sæcul. XV.</sup>  
 lerdanus, Dertusanus, ac Valentinus, sed <sup>A. C. 1429.</sup>  
 brevi alii quinque accesserant, cum qua-  
 tuor Vicariis Generalibus; Aderant quo-  
 que plurimi Capitulorum Deputati, plu-  
 resque Abbates Ordinum S. Augustini,  
 S. Benedicti, necnon Cisterciensium, Præ-  
 monstratensium, & duo Priores Ordinis  
 B. V. Mariæ de Mercede, præter alios  
 Conventuum Priores, Decanos, Præposi-  
 tos, & Archidiaconos, quorum plus-  
 quam ducenti comparuerunt. Præpri-  
 mis legebatur Bulla abdicationis Ægidii  
 Munionis Legato tradita; postmodum in  
 quatuor Sessionibus quædam Constitu-  
 tiones ac decreta de officio divino, orna-  
 tu Ecclesiarum, Juventutis informatione,  
 & requisitis Beneficiariorum dotibus  
 recitata, aliaque plura statuta condita  
 fuere.

## §. XLV.

*Sessio prima.*

Die decima nona Septembris habita est *Conc. Gen.*  
 Sessio prima, in qua Cardinalis dep. 416.

Fuxo legationis suæ causas exposuit, sci-  
 licet I. *Extinctionem schismatis, & Panisco-*  
*lensium reductionem*, II. *Regis Arragonici*  
*cum Papa reconciliationem*. III. *Liberta-*  
*tis Ecclesiasticæ in illis partibus reparatio-*  
*nem*. IV. *Ecclesiarum, totiusque status Ec-*  
*clesia-*

Sæcul. XV. *clesiastici, earumque partium felicem refor-*  
A.C. 1429. *mationem, quæ quatuor capita fusiori ser-*  
*mone profecutus est.*

## §. XLVI.

*Sessio II.*

*Ibid.* **S**essio secunda ad duodecimam Septembris indicta in proximam Sabbati diem, & ab hac in decimam septimam ejusdem Mensis, quæ in feriam secundam incidebat, dilata est; eoquod Legatus febrili correptus interesse haud posset. Hac autem die Cardinalis, quamvis viribus fractus, morboque pressus, Sessionem habuit, in qua plures selegit viros, tam doctrina, quam prudentia, rerumque experientia longe probatissimos, ut nonnullos articulos pro reformatione Cleri concederent, quibus tam morum disciplina, quam politici Regiminis ordo perficeretur, & hæc fuit summa eorum, quæ in hac Sessione gesta fuere.

## §. XLVII.

*Sessio III.*

**M**orbo Legati nihil remittente, Sessio III. ad diem undecimam Octobris, quæ erat feria tertia, differebatur; cum vero adversa valetudine præpeditus, nec hac die ad Cathedralem Ecclesiam, ubi  
 primæ